



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Divi Avrelii Avgvstini Hippon. Episcopi Meditationes, Soliloquia et Manuale**

**Augustinus, Aurelius**

**Coloniae Agrippinae, 1649**

De fervore dilectionis, vel charitatis, 19

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54885)



rentis, ut diligam te. Tuum est Domine hoc donum, cuius est omne bonum. Iubes te diligere; da quod iubes, & iube quod vis.

## C A P V T X I X.

*De fervore dilectionis vel charitatis.*

1. **A** Mo te Deus meus, magisque semper amare cupio; quia tu es revera omni melle dulcior, omni lacte nutritibilior, & omni luce clarior. Idcirco super omne aurum & argentum, & lapidem preciosum es mihi charior. Displicebat enim mihi quicquid agebam in saculo, præ dulcedine tua, & decore domus tuæ, quam dilexi. O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris! O amor qui semper ferves, & nunquam tepescis, accende me! Accendar (inquam) totus à te, ut totus diligam te. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te Domine, quoniam tu prior dilexisti me. Et unde mihi verbum, ut explicem signa dilectionis tuæ maximæ erga me, propter innumera beneficia tua, quibus à principio educaisti me?

2. Post beneficium nempe creationis, quando in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me: honorificans & exaltans me inter eas creaturas, quas fecisti, & nobilitans lumine vultus tui, quo signasti superliminare cordis mei, quo ab insensibilibus pariter & sensibilibus brutis discrevisti me, & paulo minus ab Angelis minuisti. Parum & hoc fuit ante conspectum divinitatis tuæ. Quoniam quotidianis & singularibus maximisque